Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

præstito fidelitatis iuramento promissa sint ea
quæ in isto continentur, an vero non, per supra
dicta: Ideo ex natura contractus promissa
semper intelliguntur. Socin sen: d. cons: 257. col.
2. Vers: aliquando lib. 3. Paris: cons: 12. n. 28.
& cons: 23. n. 19. lib. 1. Rum: cons: 18. n. 17. lib.
1. Go Zad: cons: 56. n. 17. & seq: per not:
Cacher: Pedem: decis: 26. n. 11. in prim: Me=
noch: d. cons: 65. n. 39. Fiber: Decian: d. re=
spons: 58. n. 47. Vol. 2. foeminam tamen in
feudo succedere posse, modo non sit nomina=
tim promissum de seguendo & adiuuando domi=
num in bello, senserunt Jacob: de Belus: in c.
1. §. quia etiam Sibicl: Bald: & Fluar: Epis:
uel Abb: Vbi dicit ita obtentum fuisse. Socin:
d: cons: 257. n. 2. Vol: 2. Go Zad: d: cons:
56. n. 17. Rum: cons: 18. n. 17. Vol. 1. quos
refert & seguitur Decian: d: resp: 58. n. 47.
Vol. 2. Id quod hac ratione confirmant, quod
licet vasallus teneatur ad contenta in capi=
tulis fidelitatis, attamen non teneatur esse
in pugna cum Domino, cuius scilicet seruitij
incapax est mulier, per Uscl: cons: 324. Bald:
& Fluar in c. 1. §. fin: de cap: qui cur: Vend:
Decian: d. respons: 58. n. 48.

Huc pertinet etiam quod traditur foeminam feu=
dum francicum obtinere posse, per supra dicta,
& tamen qui feudum francum obtinet,
tenetur ad ea, quæ continentur in forma
fidelitatis